

## **1339 juli 21, AKDOG**

KADO inventaris nummer 10, regeest 25, 21-7-1339  
Transcriptie Jan Timmers

Johannes Cuyst van Herpt draagt het Hooghuis over aan Diederik van Gemert

Johannes dictus Cuyst de Herpt iurisdictione de Ghemert mansione quoque in qua Theodericus de Ghaemert senior commorari consuevit sitam ibidem infra fossatum dictam mansionem circumeus cum pomerio et prato dicto die Vorst ad dictam mansionem spectantibus quas iurisdictionem et mansionem predictas cum dictis pomerio et prato dictus Theodericus de Ghaemert senior hereditarie vendidat Johanni Cuyst predicto promiserunt in litteris scabinorum de Buscho Ducis super hoc confectis plenius continetur simul cum dictis litteris et cum omni iure quod dictus Johannes in dictis iurisdictione, mansione, pomerio et prato ac in dictis litteris habebat seu habere debebat Theoderico de Ghaemert suo fratri supportavit hereditarie tradidit et resignavit effestucando modo in talibus consueto promittens ut debitor principalis super se et bona sua supportationem traditionem et resignationem huiusmodi ratas et firmas sive omni contradictione perpetue observare.  
Testes interfuerunt scabini in Buscho Ducis Thomas Meleman et Johannes filius Jacobi.  
Datum anno domini MCCC tricesimo nono feria quarta ante festum beate Marie Magdalene.

*Op de achterzijde is geschreven:*

Harum vigore litterarum Dominus Theodericus de Gemert fratri suo iurisdictionem de Gemert cum mansione fossa circum eunte, pomario et prato dicto der Vorst ibidem sitis hereditariae vendidit anno 1339 18 van julii  
Van den huys ende bongart ende ..oyt tot Gemerdt.